1) Hoc loco mentionem facio cantici de iudicio extremo, quod ad verbum fere imitatus est ille qui composuit hymnum: Dies irae, dies illa:

Ὅταν ἔλθῃς ὁ θεὸς
ἐπὶ γῆς μετὰ δόξης,
καὶ τρέμωσι τὰ σύμπαντα,
ποταμὸς δὲ τοῦ πυρὸς
πρὸ τοῦ βήματος ἕλκῃ,
καὶ βίβλοι διανοίγωνται
καὶ τὰ κρυπτὰ δημοσιεύωνται,

τότε ῥῦσαί με
ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ ἀσβέστου,
καὶ ἀξίωσον
ἐκ δεξιῶν σού με στῆναι,
κριτὰ δικαιότατε.
καὶ τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως
ὅταν μέλλῃς καθέζεσθαι

ἐπὶ τοῦ θρόνου σου
καὶ ποιεῖν τὴν ἐξέτασιν
οὐδεὶς οὐκ ἐξισχύσει,
μέγα μὲν ἠχήσει
πῦρ τὸ τῆς γεέννης.
Nemo adhuc in hanc similitudinem animadvertit.

2) Meyer l. l. 78. (Pitra 263).

	II.	4.	καὶ νῦν τὴν ἱερὰν καὶ σεπτὴν* μεθ᾽ ἡμῶν τῶν κάτω* εὐσεβῶς* κοίμησιν
		8.	δοξάσουσιν ἐν ᾄσμασιν* κραυγάζοντες πρὸς σὲ τοιαῦτα:
	III.	10.	χαῖρε χαρᾶς* τῶν ἀνθρώπων βρῶσις·
		11.	χαῖρε ἀρᾶς* τῶν προγόνων λύσις
B.	IV.	12.	χαῖρε ἀοράτου* πατρὸς νύμφη ἄφθορε·
		13.	χαῖρε συνάρχου* υἱοῦ μῆτερ ἄνανδρε.
	V.	14.	χαῖρε κλῖμαξ ἀναφέρουσα* ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανόν·
		16.	χαῖρε γέφυρα εἰσάγουσα* εἰς παράδεισον τερπνόν·
C.	VI.	18.	χαῖρε ὅτι χοροί σε* ἀνυμνοῦσιν οἱ ἄνω·
		20.	χαῖρε ὅτι βροτοί σε* προςκυνοῦσιν οἱ κάτω·
	VII.	22.	χαῖρε ἁγνὴ* παρθένων τὸ καύχημα·
		24.	χαῖρε σεμνὴ* σεμνῶν ἀγαλλίαμα.
	VIII.	26.	χαῖρε δι᾽ ἧς* φάλαγξ φεύγει δαιμόνων·
		28.	χαῖρε δι᾽ ἧς* φύσις χαίρει ἀνθρώπων.
			χαῖρε νύμφη ἀνύμφευτε. (ephymnium).

A.	I.	1. [illegible]	2. [illegible] 3. [illegible]	7 + 7 + 8
	II.	4. ([illegible]) [illegible]	5. [illegible] 6. [illegible] 7. [illegible]	9 + 6 + 3 + 3
		8. [illegible]	9. [illegible]	8 + 9
	III.	10. [illegible] * [illegible] a		4 + 6
		11. [illegible] * [illegible] a		4 + 6
B.	IV.	12. [illegible] * [illegible] b		6 + 6
		13. [illegible] * [illegible] b		6 + 6
	V.	14. [illegible] * [illegible] c ([illegible])		9 + 7
		16. [illegible] * [illegible] c ([illegible])		9 + 7
C.	VI.	18. [illegible] * [illegible] d		7 + 7
		20. [illegible] * [illegible] d		7 + 7
	VII.	22. [illegible] * [illegible] e		4 + 7
		24. [illegible] * [illegible] e		4 + 7

Litteris A. B. C. tripartitionem significavi, quae divisioni veterum Graecorum (strophae antistrophae, epodo) respondet. cf. infra p. 20.

VIII.	26. [illegible] * [illegible] f		4 + 7
	28. [illegible] * [illegible] f		4 + 7
	[illegible] (ephymnium.)		

Ut carmen sepulcrale de Mortuis exemplum simplicioris strophae, ita hoc varie compositi generis et maioris circuitus est[1]). Nec multa reperiuntur, quae tanta arte scripta sint. Primum quaeritur utrum cola retinenda, ut vult Pitra, qui codices sequitur, an more veterum coniungenda esse statuamus. Equidem viam et rationem a Meyero propositam plerumque probo[2]). Nam tot versiculi vix sententiis apti[3]) sunt, et vel eorundem versuum cola sine ullo discrimine modo coniuncta modo disiuncta sunt. Tum aliquid efficitur connexu sententiarum, quamquam huic argumento non tantum, quantum Meyer, tribuo et saepius magis metrorum cognationis rationem habeo[4]). Praeterea nonnullis locis rhythmus coniunctis colis melius fluit. Aliud principium stropharum partium disponendarum in rhythmorum concentu et

1) Carmen simillimum est illud quod Christ. p. 140 ediderat de quo cf. Jacobi qui Pitrae divisionem non prorsus refutare videtur l. l. p. 229: „Ueber die Composition der Rhythmen kann man bei diesem Gedichte, wie bei vielen anderen, Zweifel haben. Der Unterschied ist, dass nach Pitras Theilung diese Reime sehr oft Schlussreime, nach der Theilung von Christ aber als innere zu stehen kommen. Aber die Endreime sind doch das weit Ueberwiegende, die inneren sind die Ausnahmen . . und dies begünstigt die Theilung Pitras, wofür auch die dem Inhalt und Rhythmus angemessene höhere Lebhaftigkeit der kurzen Zeilen spricht. Ebenso scheint es im vierten Vers jeder Strophe nach Christs Theilung eine Schwierigkeit zu sein, dass am Schlusse des Verses sowohl die vierte, als auch die dritte Silbe vor dem Ende accentuirt sind.“

Theodorus Prodromus metrorum vix rationem habet cf. l. l. Pitra XXIII. „Praetermissis igitur, ut iam haud sine moerore monuimus, arcanis legibus sive melodiae sive prosodiae hymnographorum, interpres id unum sibi pensum reservavit, explanandi sententiam dogmaticam et amovendi asperiora dictionis offendicula, quae in canonibus Cosmae et Damasceni occurrunt.“ cf. praef. p. IX. „Ipse Prodromus nullam refricat qualemcumque de priscis metris legem rationemque in suo commentario. — Unde ut credam facile adducor, frustra oleam et operam absumi a recentioribus, qui septuaginta et amplius pedes Hephaestionicos, asperis et operosis, ne barbara dicam, vocabulis vestitos melodis nostris aptare nituntur.“

2) cf. Meyer A u. U. „Christ hat mehr auf die Langzeilen geachtet. Pitra hat während des Druckes des 1. Bandes der Analecta mehr und mehr erkannt, welche bedeutende Rolle die Kurzzeilen spielen. Die Strophe ist ihm nur aus diesen Kurzzeilen zusammengesetzt.“ p. 67. „Der Aufbau der Strophen ist künstlerisch vollendet“ p. 75. „Nach den gegebenen Beispielen ist klar, dass der Aufbau der Prooemienstrophen hauptsächlich durch Wiederholung von Langzeilen bewirkt wird. Die Töne, in welchen die Strophen der Hymnen selbst gedichtet sind, sind meist umfangreicher und kunstvoller aufgebaut. Doch auch hier spielt die Wiederholung der Zeilen eine grosse Rolle.“

3) Aliter res se habet in carminibus ludibundis cf. Carmina Burana ed. J. A. Schmeller, Breslau 1883. p. 56. 168.

4) cf. Christ, Metrik, p. 147. Das Verhältniss der metrischen Theile zu den Sinntheilen. Christ, Werth der überlieferten Kolometrie in den griechischen Dramen, 1871, Abh. der Akad. d. Wiss., p. 610.

discrimine repperi. Initio vel in prima et altera parte strophae rhythmi diversi generis coniunguntur, in fine strophae partium colorum rhythmus idem est. Quo haec, quae exposui, confirmentur, complurium carminum rationem metricam infra explicabo.

Iam maior huius dissertationis pars typis confecta erat, cum mihi eximia liberalitate Zangemeisteri viri doctissimi, ille liber in manus traditus est, qui inscribitur: Al Sommo Pontefice Leone XIII. omagio giubilare della Biblioteca Vaticana. Roma Tipografia Poliglotta 1888. In eo praeter nonnullas commentationes, quae diversorum litterarum generum sunt, tres hymni leguntur, quos Pitra ex codice Patmiaco primum publici iuris fecit. (Sanctus Romanus veterum melodorum princeps. Cantica sacra ex cod. mss. monasterii S. Joannis in insula Patmo primum in lucem edidit Pitra. cf. Litterarisches Centralblatt 1888, Nr. 52, p. 1790.) Inter quae carmina summi momenti est alterum quod ex 689 versibus et 40 strophis constat. Pitra l. l. p. 53 haec scribit: „Singulare profecto est illud poema de Josepho, tam vasto operis ambitu quam hirmi novitate et rhythmi varietate, qui nunc primum soluto sermone in singulis tropariis interrumpitur . . . Ne perpetua psalmodia aut prolixis lectionibus animi tunderentur, primum inventa sunt troparia, postea tropariis intermixta sunt contakia et canones. Deinde in medio canonum et post οἴκους priores synaxaria seu memoriae sanctorum intercedebant. Nunc veri in hoc amplo poemate pars metrica et harmonica alternis et solutis colloquiis miscetur. quibus piae turbae facilius et favente exquisito et raro hymno recrearentur.“ Valde miratus quod Pitra statuerat orationem prosam versibus esse intermixtam in singulos versus inquisivi et repperi eam ex iisdem versibus constare, quibus prior pars strophae formata est. Primus versus 14 syllabarum, secundus 15 tertius 11. Quarti numerus variat, quippe in 15 fere strophis octo, in sex 9, in paucis 4 syllabarum est. In nonnullis versus 11 vel 12 syllabas habet, ubi sine dubio textus deperditus est. In fine plurimorum versuum vocabulum finitur vel sensu caesura fit. Nonnullis autem locis vocabula non discernuntur, sicut in veterum Graecorum carminibus[1]). In hanc proprietatem viri docti potissimum animadvertant, quaeso. quia hic usus in ceteris vix vel perraro conceditur. Praeterea nullum exstat, quo melius firmetur, viam in discernendis versibus, quam Pitra et Jacobi inierunt, falsam esse nec auctoritatem codicum quidquam in his rebus valere. Quo melius ratio Pitrae appareat. carminis stropham quartam ita, ut. p. 12. l. l. exstat exscribo et metricam explicationem, quam indagavi. appono.

1) Aliter indicat Christ, Metrik p. 618: „Als dann aber im christlichen Mittelalter Poesie und Gesang wieder in innigere Wechselbeziehung traten, kamen im byzantinischen Reiche auch wieder Strophen von dem Umfang und der Mannigfaltigkeit der pindarischen auf, ohne dass ein direktes Anknüpfen an die alte Kunst der chorischen Lyrik nachweisbar oder nur wahrscheinlich wäre.“

I.
1. Γραφὴ προυπέστρωσε
2. τὸ σκάμμα τοῦ σώφρονος
3. καὶ μάθωμεν, σώφρονες,
4. μιμησώμηθα τὸν νέον,
5. πῶς κατέσβεσε πορνείας τὸ πῦρ
6. χόρτῳ σαρκός.

II.
7. Οὐδέπω γὰρ ὄντως ἡ γραφὴ οὐκ ἀπέθανεν
8. ἀλλὰ διαμένει, ζῶσα ἀεὶ στήλη ἁγνείας
9. Χαλκευθεὶς ὁ νεανίας τοὺς θέλοντας
10. διδάσκει ἁγνείαν φιλεῖν[1]).

III.
11. Σαλπίζει ἡ γραφὴ
12. τοὺς πολέμους τοὺς σαρκικοὺς
13. ἵνα σοῦ παραστήσῃ
14. τὸ ὅπλον τὸν παρθένον·
15. ἀλλὰ καὶ ταύτην ἀγαπήσαντες
16. Κραυγάζωμεν·
17. Μέγας μόνος Κύριος ὁ σωτὴρ ἡμῶν.
(ephymnium.)

I. 1. ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ · 2. ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ ·
3. ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ · 4. ∪ ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ ∠ |
∪ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ |
5. ∪ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠ |
∪ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ |
6. ∠ ∪ ∪ ∠ |
∪ ∠ ∪ ∠ |
II. 7. ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ ·
8. ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪
9. ∪ ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ ∠
10. ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ |
∪ ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ |
∪ ∠ ∪ ∠
III. 11. ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠ | 12. ∪ ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ ∠
∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ |
13. ∪ ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ 14. ∪ ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ |
∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ |
15. ∪ ∪ ∠ ∪ · ∪ ∠ ∪ ∠ |
∪ ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠ |
16. ∪ ∠ ∪ ∠

Optime hoc carmine tripartitio stropharum, quam supra proposui, firmatur. Solus versus 15 una syllaba minor est iis qui respondent. — Primi carminis primae strophae (de St. Stephano) iam in Analectis p. 332 expressae erant. Non multum lectiones quas codex P. praebet a Taurinis differunt et Pitra fortasse Meyeri argumentis commotus iam supersedet rhythmi causa vocabulorum ordinem immutare.

Tertium carmen, quod inscribitur: de decem virginibus . . . ideo summi momenti est quod ex illo nescio an aetas, qua Romanus vixit, accuratius definiri possit. Pitra (l. l. p. 53) haec adnotat: „Hic notari incipiunt terrae motus. Anno 494 susque deque solo vertuntur Laodicaea, Tripolis, aliae (imperante Anastasio I). Nec desunt terrae motus a. 677. 718. Sed pleraeque vix concurrunt cum brevissimo Anastasii II imperio a. 713—716 neque omnino liquet an Romanus tunc floruerit circa infausta Iconomachorum tempora novamque in Romam . . ., dum persecutio atrox saevit, suas cantilenas induxerit.“ In hac quaestione de aetate Romani a parte Pitrae sto. Nam ut nuperrime Kayserus probavit, hymnum: Te deum laudamus sexto p. Chr. n. s. compositum esse verisimile est[2]). Atque ut iam supra exposuimus, multa carmina Graeca a Latinis verbotenus in linguam

1) sic στηλὴ Pitra, qui error rhythmo natus est. Cur Pitra lectionem codicis: τὸ ὅπλον τὴν παρθένον non in textum receperit, non intellego. Omnino multa menda in textu Graeco omissa sunt.
2) cf. Kayser l. l. p. 436.

Latinam versae sunt. Mea sententia vel hymnus Ambrosianus, ut iniuria appellatur, Graecis depromptus est[1]. In hymno de iudicio extremo hi versus occurrunt (Anal. S. p. 41).

Χερουβεὶμ δὲ καὶ σεραφεὶμ	Tibi Cherubim et Seraphim
μετὰ τρόμου λειτουργοῦσι	incessabili voce proclamant
καὶ δοξολογοῦσι	Sanctus, sanctus, sanctus
λέγοντα ἀπαύστως	Dominus deus Sabaoth!
τὸν ὕμνον τριςάγιον	
in h. in Hypapante (p. 35)	
σῶσόν σου τὴν πόλιν	Salvum fac populum tuum domine
καὶ τοὺς ἐν πόλει	cf ps. 27, 9.
καὶ πάντας περιποίησαι.	
p. 35. καὶ συγκαταρίθμησον	Aeterna fac cum sanctis tuis
κἀμὲ τοῖς ἁγίοις σου.	in gloria numerari.
p. 28. ὁ μήτραν παρθενικὴν	Tu ad liberandum suscepturus hominem
ἁγίασας τῷ τόκῳ σου.	non horruisti virginis uterum.

Alia vocabula velut τῶν οὐρανῶν αἱ δυνάμεις, Μέγας ὑπάρχεις καὶ ἔνδοξος (p. 31) fortasse ex eodem fonte, vetere et novo testamento, manaverunt (cf. δοξολογήσει καὶ ὁμολογήσει ὡς Θεός ἐστι καὶ κτίστης Te deum laudamus, te dominum confitemur) Σύ με φύλαξον dignare nos custodire τῶν ἀρχαγγέλων, καὶ τῶν ἀγγέλων τὰ τάγματα. Non minus connexus sententiarum utriusque carminis idem fere est. Quodsi haec origo hymni Latini viris doctis probatur, Romanum saeculo quinto vixisse pro certo habemus.

Brevissimi versus leguntur in carmine quod exstat in Pitrae Analectis p. 132 cuius strophae 15 formam rhythmicam explicare conor:

A.

1. Ὡς οὖν ἀκήκοε σαφῶς
2. ὅλων τῶν λόγων τοῦ Λόγου
3. ὑπέστρεψεν ἡ κόρη
4. καί φησι τοῖς ὁμοτρόποις·
5. Θαύματα, γυναῖκες,
6. ἃ εἶδον καὶ διηγοῦμαι·
7. μήτις οὖν δόξῃ
8. ληρήματα
9. μοῦ τὰ ῥήματα·

A.

1.	∠ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ –* ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪	7 + 8
3.	∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪* ∪ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪	7 + 8
5.	∪ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪* ∠ ∪ ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪	6 + 8
7.	∠ ∪ ∪ ∠ ∪* ∪ ∠ ∪ ∠	5 + 4
9.	∠ ∪ ∠ ∪ ∪	5
	∪ ∪ ∠ ∪·	

1) Danielem fontem genuinum non repperisse docet Kayser, l. l. p. 447. Wackernagelii (Das deutsche Kirchenlied. Stuttgart 1841, p. 5) stropharum partitio minus apta videtur esse. cf. supra psalmum Hebraeorum.

4. ὁμοτρόποις εἶπεν T, omisso φησί. Male P. καί φησί. — 8. ὡς ληρήματα C. ὡς λῆρα εἶναι T. — τῆς θείας C, T.

B.

10. οὐ γὰρ ἐφαντάσθην,
11. ἀλλ' ἐνεπνεύσθην.
12. πέπλησμαι τῆς θέας
13. καὶ ὁμιλίας τοῦ Χριστοῦ·
14. καὶ πῶς. καὶ πότε, μάθετε·
15. ὅτι με
16. ἔλιπον
17. οἱ περὶ Πέτρον,
18. ἐγγὺς τοῦ μνήματος
19. ἱστάμην κλαίουσα,

B.

10.	∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪* ∪ – ∪ ∠ ∪* ∠ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪	6 + 5 + 6
13.	∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠* ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠*	8 + 8
15.	– ∪ ∪* – ∪ ∪* ∠ ∪ ∪ ∠ ∪	3 + 3 + 5
18.	∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠* ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠	6 + 6

C.

20. διότι ἐδόκουν
21. ἐπῆρθαι τὸ σῶμα
22. τοῦ ἀθανάτου
23. ἐκ τοῦ μνημείου,
24. ἀλλὰ εὐθύς
25. οἰκτείρας μου
26. τὰ δάκρυα,
27. ἐπεφάνη μοι
ὁ τοῖς πεσοῦσιν
παρέχων ἀνάστασιν
(ephymnium.)

C.

20.	∪ – ∪ ∪ ∠ ∪* ∪ ∠ ∪ ∪ ∠ ∪* ∪ ∠ ∪ ∠ ∪	6 + 6 + 5
23.	∪ ∠ ∪ ∠ ∪* ∪ ∠ ∪ ∠	5 + 4
25.	∪ ∠ ∪ ∠* ∪ ∠ ∪ ∠	4 + 4
27.	∪ ∪ ∠ ∪·	5

In plerisque carminibus partitio stropharum facilior est, sed ex multis schematis quae exscripsi, difficillimum fere interpretandum elegi.

II. De poesis rhythmicae origine.

Quodsi ea quae priore capite exposuimus, paucis complectimur, haec fere statuenda sunt. Primum quidem certi pedes, qui firmo ordine fluunt, observantur nec minima licentia in melioribus carminibus poetarum arbitrio concessa est. Tum versibus eius modi strophae valde artificiosae componuntur, qualibus praestantiores in poesi nullius populi reperiantur. Simplicissimum et naturae linguae aptissimum est, originem poesis illius generis ex exemplis ipsorum poetarum veterum ducere. Sed Meyer[1]) huic sententiae vehementissime adversatus, poetas

13. τοῦ ambo om. ante χριστοῦ. — 20. διότι γὰρ ἐδόκουν ὅτι ἐπήρθη τοῦ τάφου τὸ θεῖον σῶμα τοῦ ἀθαν. εὐθέως δὲ οὐκ τείρας T., infeliciter: — δάκρυα εὐσπλαγχνίσθη μοι T.

1) Meyer l. l. p. 93. „Erwägen wir die Schwierigkeiten der ganzen Dichtweise und die Strenge, mit welcher die Gesetze bewahrt sind (!), so müssen wir gestehen, dass die rhythmischen Dichter der Kunst der quantitirenden nicht nachstanden, ja, dass sie vielleicht mit denselben, welche damals sich neue strenge Regeln geschaffen hatten, zu wetteifern strebten. Die Byzantiner ehrten und pflegten diese Dichtungen ausser-

Byzantinos rhythmicam poesim Hebraeis deprompsisse eorum strophas et numeros imitando nec minimum initium talis poesis generis apud Graecos ipsos factum esse contendit. Antequam sententiam nostram accuratius fulciamus, Meyeri argumenta examinemus. Ac primum quidem fundamentum ratiocinationis illius viri docti haudquaquam firmum videtur esse, quod nihil fere in singulis de metris et rhythmo linguae Hebraicae et Syriacae liquet. Alii aliam sententiam de re metrica proferunt vel Bickell vir optime de litteris populorum orientalium meritus apud Syros et Hebraeos iambos et trochaeos solos reperiri nec anapaestos nec dactylos nec alios pedes occurrere iudicat[1]). Porro viri docti harum rerum periti inter se non concinunt[2]) et vix contendere licebit leges, quae nos fugerunt, notas fuisse Byzantinis, quos plerosque ignaros linguae Hebraicae versione septuaginta interpretum usos esse constat. Nam accuratius comparanti multi loci praesto sunt, quibus carmina nostra cum versione illa et verbis et rerum connexu congruere liquet. Inter psalmos, quibus parallelismus et rimorum modus optime cognoscitur eum elegi qui exstat:

in C. Tischendorfii vetere testamento graece 1850, p. 86.

Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν, ὀργιζέσθωσαν λαοί·
Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, σαλευθήτω ἡ γῆ
2. Κύριος ἐν Σιὼν μέγας,
Καὶ ὑψηλός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς λαούς.
3. Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ ὀνόματί σου τῷ μεγάλῳ·
Ὅτι φοβερὸν καὶ ἅγιόν ἐστιν.
4. Καὶ τιμὴ βασιλέως κρίσιν ἀγαπᾷ·
Σὺ ἡτοίμασας εὐθύτητας,
Κρίσιν καὶ δικαιοσύνην ἐν Ἰακὼβ σὺ ἐποίησας.

ordentlich. . . . . Diese kirchlichen Gesänge scheinen es gewesen zu sein, in denen das Volk seine dichterische Kraft zum Ausdruck brachte. So viel ich urtheilen kann, brauchen die griechischen Dichter dieser Zeiten den Vergleich mit den gleichzeitigen lateinischen Dichtern der verschiedenen abendländischen Völker nicht zu scheuen. Um so mehr sollten sie erforscht werden."

1) Ley, Metrik der hebräischen Sprache: ex quo libro haec fere exscripsi: „Es kommt auf die Silbenzahl in der Versbildung nicht an. Auf die Tonsilbe kann nur eine unbetonte als Tonfall folgen. Hebräische Betonung eine stufenmässig aufsteigende: Mitleiden, grünende Saatfelder. Wiederlegung der Annahme einer Silbenzählung. Bedeutungslose Partikel kommen an einigen Stellen als Auftakt ohne Betonung vor. Auf die Zahl der unbetonten kommt es nicht an. Die Metra sind an den Sinn gebunden, ein Uebergreifen von dem 1. Vers in den anderen kommt nur ausnahmsweise vor. Die Verse einer und derselben Strophe haben nicht gleiches Mass."

2) Plane probo Jacobii iudicium l. l. p. 196: „Man muss sich also damit begnügen, die Möglichkeit anzunehmen, dass der rhythmische Gesang der syrischen Kirche die Neigung auch der Griechen zu rhythmischer Poesie gefördert habe." De psalmorum imitatione cf. Pitra hymnographie 1867, p. 33. „N'est-ce point de là viennent, non seulement les acrostiches, les stances alphabétiques, les alternances, les parallelismes, mais tous les secrets de cette prosodie syllabique." „Wie wenig sicheren Boden Pitra bei diesen weitausschauenden Vermuthungen unter sich fühlte, zeigen andere Stellen, welche doch wieder die altgriechische Dichtung hereinziehen." cf. Anal. S. LXVII. Meyer A u. U p. 101

5. Ὑψοῦτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν.
Καὶ προςκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὅτι ἅγιός ἐστι.
6. Μωυσῆς καὶ Ἀαρὼν ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ,
Καὶ Σαμουὴλ ἐν τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ·
ἐπεκαλοῦντο τὸν Κύριον, καὶ αὐτὸς εἰςήκουεν,
7. Ἐν στύλῳ νεφέλης ἐλάλει πρὸς αὐτούς.
Ἐφύλασσον τὰ μαρτύρια αὐτοῦ
Καὶ τὰ προστάγματα ἃ ἔδωκεν αὐτοῖς·
8. Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, σὺ ἐπήκουες αὐτῶν·
Ὁ Θεὸς, εὐίλατος ἐγίνου αὐτοῖς
Καὶ ἐκδικῶν ἐπὶ πάντα τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν.
9. Ὑψοῦτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν,
Καὶ προςκυνεῖτε εἰς ὄρος ἅγιον αὐτοῦ,
Ὅτι ἅγιος Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Quantum huius psalmi simplicitas a metrorum arte et varietate hymnorum distet nemo non videt. Versio quidem poetica[1]) septuaginta interpretum a prosa cuiusvis scriptoris Graeci eius aetatis eo differt, quod ex imitatione prototypi Hebraici parallelismum quendam membrorum unius cuiusque enuntiati sequitur, sed de rhythmo sicut apud Hebraeos dici non potest. Nonnulli quidem psalmi quos examinavi, rhythmo quodam iambico fluere videntur, sed in plerisque admittuntur tot exceptiones, ut haec sententia stare non possit. Praeterea psalmi illius versionis tam pleni sunt rimorum, ut prope ad macamas Arabum accedant. Quae cum ita sint, origo rimorum, de qua Meyer vix planam sententiam profert, facile cognoscitur[2]). Quodsi haec quae exposuimus reputabimus nostris carminibus cum hac versione comparatis, manifestum erit melodos Graecos parallelismum quendam versuum et rimos septuaginta interpretibus deprompsisse ut psalmo vetere, quem attulimus, probatur. Sed hisce concessis, cetera omnia, quae de origine ex linguis semiticis proferuntur, reiicienda sunt[3]). Nam non modo accentus principium ex ipsa linguae natura natum est, sed etiam strophae ex imitatione veterum poetarum sunt orta. Ac primum quidem, ut iam supra expositum est, stro-

1) cf. Dreves, G. G. Anz. p. 291. „In der poetischen Prosa der Septuaginta sind aber die Psalmen die Norm der ältesten christlichen Hymnen der δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ des Φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης etc. etc. geworden. Von diesen zu den griechischen Kanones ist ein so kleiner Schritt, dass man nicht nöthig hat, eine so weitläufige und unsichere Brücke dahin zu schlagen."

2) „Der Reim kann aus den geringen Ansätzen der Hebräer und Syrer nicht erklärt werden." Meyer l. l. 115. cf. Gottschall Poetik p. 258. „Erst der Reim erschliesst den vollen Zauber des sprachlichen Ausdrucks. Der Reim ist keineswegs die Erfindung eines besonderen Volkes der Araber (quos rimos ad fastidium repetivisse notum est) oder irgend eines anderen; es ist die innere Nothwendigkeit der accentuirenden Poesie, denn es hebt den Accent hervor und kräftigt den Rhythmus," p. 260. Der „Reim ist nicht zu einem luxuriösen Klange herabgesetzt, sondern der nothwendige Schlussstein des Rhythmus geblieben."

3) Dreves, Göttingische Gel. Anz. 86, p. 291: „Und wenn auch! Aller Einfluss, den die hl. Schrift auf die älteste kirchliche Dichtung gehabt hat (und der kann nicht hoch genug gedacht werden), ist ausge-

phae tanta arte compositae sunt, quanta nusquam nisi apud veteres Graecos apparet. Unumquemque fere versum ex antiquo deduci posse exemplis probavimus. Poetas vero, quamquam in observando accentu plebis consuetudinem sequebantur, tamen veterum artem novisse et per se liquet et testimoniis, quae in commentariis Theodori Prodromi occurrunt, satis firmatur. Nam saepissime commentator locos notat, quibus hymnodi operum veterum Graecorum rationem habent. Nec praetermittam hoc loco illud exemplum, de quo Christ (Anth. c. chr. p. 205) disputat, dico carmen Joannis Damasceni, quod et accentu et quantitate syllabarum compositum est, sed non ita ut accentus et ictus in iisdem syllabis ponantur.

Christ l. l. p. 205.

ἦχος α΄.
ᾠδὴ α΄.

Ἔσωσε λαὸν θαυματουργῶν δεσπότης,
Ὑγρὸν θαλάσσης κῦμα χερσώσας πάλαι·
Ἑκὼν δὲ τεχθεὶς ἐκ κόρης, τρίβον βατὴν
Πόλου τίθησιν ἡμῖν, ὃν κατ᾽ οὐσίαν
Ἰσόν τε πατρὶ καὶ βροτοῖς δοξάζομεν.
Ἤνεγκε γαστὴρ ἡγιασμένη λόγον,
Σαφῶς ἀφλέκτῳ ζωγραφουμένη βάτῳ,
Μιγέντα μορφῇ τῇ βροτησίᾳ θεὸν,
Εὔας τάλαιναν νηδὺν ἀρᾶς τῆς πάλαι
Λύοντα πικρᾶς, ὃν βροτοὶ δοξάζομεν.

übt worden durch die Uebertragung der Siebzig, nach der Paulus die Schrift citirt und aus der Hieronymus die lateinische Uebersetzung corrigirt. Mögen die Psalmen im Urtext eine Form gehabt haben, welche sie wollen, haec cum graece legimus, aliud quiddam sonant, um mit Hieronymus zu reden.“ cf. iudicium quod fert A. Ebert (I p. 168. Allgemeine Geschichte der Litteratur des Mittelalters im Abendlande 1876, 80. 87) qui carmina a Pitra edita nondum nosse videtur: „So hatte die christliche Dichtung, die ursprünglich in die Form der hebräischen Poesie sich gekleidet, diese mit der griechischen Lyrik vollkommen vertauscht.“ Utinam liber de litteris Graecis a viro doctissimo mox edatur! Historia literarum Byzantinarum a Krumbachero Monacensi scripta nondum typis expressa est. cf. Ebert l. l. 171. „Der antiphonische Vortrag der Psalmen fand sich schon bei den Juden, und zwar seit alter Zeit, wie denn die eigenthümliche Form jener hebräischen Dichtung, der erwähnte Parallelismus, von selbst darauf führen musste, andererseits war der Wechselgesang in der griechischen Chorlyrik, wie die Chorgesänge der Tragödie zeigen, nicht minder **ursprünglich**; wenn auch die Antiphonie der Zeile und der Strophe etwas verschiedenes ist, was freilich nicht übersehen werden darf.“ cf. initium odae Synesii (Christ, Anth. p. 3):

Ἄγε μοι, λίγεια φόρμιγξ
μετὰ Τηΐαν ἀοιδὰν
μετὰ Λεσβίαν τε μολπὰν
γεραρωτέροις ἐφ᾽ ὕμνοις
κελάδει δώριον ᾠδάν,
ἁπαλαῖς οὐκ ἐπὶ νύμφαις
. . . .
θεοκύμονος γὰρ ἁγνὰ
σοφίας ἄχραντος ὠδὶς
μέλος εἰς θεῖον ἐπείγει
κιθάρας μίτους ἐρέσσειν.

Ἔδειξεν ἀστὴρ τὸν πρὸ ἡλίου λόγον,
Ἐλθόντα παῦσαι τὴν ἁμαρτίαν, μάγοις,
Σαφῶς πενιχρὸν εἰς σπέος, τὸν συμπαθῆ
Σὲ σπαργάνοις ἑλκτὸν, ὃν γεγηθότες
Ἴδον τὸν αὐτὸν καὶ βροτὸν καὶ κύριον.

Cuius rei ut exemplum oculis subiciam, en primi canonis primae odae primi et tertii versus schemata:

1. –́ – ⏑ – –́ | – ⏑ – –́ – ⏑́ –
ἔσωσε λαὸν θαυματουργῶν δεσπότης·
ἤνεγκε γαστὴρ ἡγιασμένη λόγον·
ἔδειξεν ἀστὴρ τὸν πρὸ ἡλίου λόγον·

3. – ⏑́ ⏑ – –́ | – ⏑ – –́ – ⏑ ⏑́
ἑκὼν δὲ τεχθεὶς ἐκ κόρης τρίβον βατήν.
μιγέντα μορφῇ τῇ βροτησίᾳ θεόν.
σαφῶς πενιχρὸν εἰς σπέος τὸν συμπαθῆ[1]).

Sed hymnodi artem Pindari aliorumque non anxie, sed liberiore quodam modo imitati sunt, qui optime cum principiis rhythmicae artis congruebat[2]). Itaque nec hexametrum nec pentametrum nec difficiliora metra, quae ex compluribus pedibus diversi generis composita sunt, veteribus deprompserunt, sed nova simplicissima invenerunt, vel antiqua suo modo formaverunt. Nam quamquam nova ars principio linguae plebis nititur, tamen a doctis perpolita et amplificata est.

cf. Kayser l. l. p. 47. Herder's Werke, Briefe zur Beförderung der Humanität, 7. Sammlung.

1) Christ l. l. p. XLVI. „Vere enim eos vincta oratione scriptos dixeris, siquidem triplici vinculo poeta ipse sese coercuit. Namque primum iambicos trimetros ita panxit, ut leges quantitatis non minus religiose quam veteres poetae graeci observaret. Deinde poetarum byzantinorum more, ut vocis flexus accentibus adiuvaret, non modo syllabas longas nusquam in duas breves solvit, sed etiam certis sedibus cuiusque versus accentuatas syllabas collocavit . . . . . laboriosum mehercle et Byzantinorum argutiis dignum opus.“

2) cf. Meyer l. l. 100. „Dagegen haben sie vieles mit jenen nicht gemein; sie haben keine zusammenstossenden Hebungen, also keine Füsse wie –́ –́, ⏑ –́ –́, –́ ⏑ ⏑ –́ –́ ⏑ ⏑ –́ etc.; keine aufgelösten Hebungen, keine zusammengezogenen Senkungen. Dagegen findet sich von den charakteristischen Eigenthümlichkeiten der byzantinischen Strophen, den Akrostichen, den Refrains (?), den hier und da (?) vorkommenden Reimen nichts in der altgriechischen. Deshalb ist dieser Ursprung schon an und für sich unwahrscheinlich. — Den Ursprung suchte Christ in den lyrischen Strophen der alten quantitirenden Poesie. l. l. p. 97 „ut byzantinos melodos veterum poetarum versus suo more imitatos esse demonstrarem.“ Equidem in universum Christio adsentior, quamquam in singulis ab illo viro doctissimo recedo, quia mihi, ut iam supra exposui, artificiosiora cola veterum composita poetae evitasse videntur. Ac quidem prudentiores Graeci fuerunt quam Germani. cf. Gottschall l. l. p. 309. „Für eine streng quantitirende Sprache waren diese grossen Versmasse der schönste Gipfel rhythmischer Entwicklung, der Triumph des Dichters und des Hörers, der diesen verwickelten Sätzen der metrischen Composition mit geübtem Ohr folgte. Jedem Schwunge der Gedanken konnte sich diese Pindarische Rhythmik anschmiegen. Anders verhält es sich in unserer Sprache. Deshalb halten wir die Platen'-

Maxime vero sententiam de semitica origine poesis rhythmicae refutari existimo proprietatibus quibusdam, in quibus primordia novae artis apparent nec alia ratione apte explicari possunt. Sed ut coniecturam suam confirmet, vir doctus Gottingensis vim accentus, quae in multis Graecorum carminibus a primo fere usque ad quartum p. Chr. n. saeculum conspicitur, ita explicat, ut eam fere nullius momenti in versu formando esse statuat[1]) et contendat, ut iam supra diximus, accentu in ultima syllaba ne gravior fiat evitato nihil nisi legem quandam observari rhetoricam. At si accentus nullius momenti est, cur poetae omnino eius rationem habent? — Hanssenus veterem Sauppii coniecturam denuo defendit, cum dicat, certis in metris, quorum rhythmus ascendat velut in iambis et pentametris dissensionem accentus et ictus poetis valde placuisse. Sed, ut alia argumenta mittam, diversa principia statuenda esse vix verisimile est. Equidem accentum in antepaenultima observatum hoc fere modo explicaverim. In universum poetis concentus ictus et accentus, exceptis metris quorum rhythmus ascendit, gratus erat et inde tota ars nova initium cepit. Nec ego de causis rhetoricis accentum in ultima non positum esse negaverim, sed eo illa proprietas nondum satis explicata est[2]). Nec Meyer sibi constat, cum vel haec concedat: „Es ist nicht zu verwundern, wenn dieser oder jener in etwa den Accent berücksichtigt hätte.“ Itaque ab hominibus illius aetatis, qui versus in paroxytona exeuntes valde amabant, in fine versus mea sententia veteris prosodiae ratio non habita est, ita ut iambi tamquam choliambi sonarent[3]). Sed hoc versuum genus in transitu tantum, ut ita dicam, usu venit. In seriorum poesi rhythmica non erat causa, cur accentum in ultima non ponerent, quamquam ne tum quidem versus in oxytona exeuntes, qui se deinceps sequebantur, valde usitati erant. Ac profecto magnum discrimen statuendum est inter versus parisyllabos et imparisyllabos, quorum in strophis metra vel rhythmi continuo variabantur. Sed cur accentus in hexametris non in ultima positus sit, quaerat quispiam. Qui usus similis est illius, quo in

schen Versuche für vergebliche Bemühungen, eine todte Form zu galvanisiren. Es sind metrische Zuckungen, kein metrisches Leben. . . . Dabei mögen sie die verwickelteren und für das deutsche Ohr immer unverständlichen lyrischen Vers- und Strophenbildungen aufgeben und was ihnen dadurch entgeht, durch den Reim ersetzen, der die einfachere, aber correkte Rhythmik gliedern hilft.“ Idem iudicium fert Westphal.

1) Meyer, Zur Geschichte des griechischen und lateinischen Hexameters, München 1885. Hanssenus (Rh. Mus. f. Philol. N. F. XXXVIII, 1883: Ein musikalisches Accentgesetz in der quantitirenden Poesie der Griechen) commentatione sua multa recte indagavit, sed a parte Meyeri sto cum refutet illius coniecturam, quod ante primum p. Chr. n. dissensio accentus et ictus in pentametris appetatur.

2) Idem fere iam anno 1883 in dissertatione mea: de poesis Graecorum rhythmicae primordiis p. 15. protuleram: „Atque profecto accentus in paenultima syllaba positus indoli linguae Graecae magis quam plerique sumunt, convenit. Nec oxytona vel perispomena in fine repetita numerose sonare vix quisquam statuerit.“ „Quodsi quaerimus quid accentu in fine posito efficiatur eum contenderim locum rimorum obtinere.“

3) Christ, sententiam meam hisce probare videtur (Griech. Litteraturgeschichte von W. v. Christ, p. 580, in tomo III libri qui inscribitur: Handbuch der klass. Alterthumswissenschaft von Dr. Iwan Müller, Nördlingen 1888: „Dass die Betonung auf der vorletzten Verssilbe sich schon auf Inschriften des 2. u. 3. Jahrhunderts durchgeführt findet und dass dieses mit dem Charakter der volksthümlichen Poesie zusammenhängt, beweist D. in de p. Gr. rhythmi pr. Programm von Malmedy 1883.“

lingua Germanica hexametri rimis clauduntur, ut singuli exstant, velut in trogoedia Goethii quae inscribitur: Faust[1]). Nemo eos ita formabit, ut rimis masculinis — sit venia verbo — finiantur. In versibus autem qui in ´⏑ exeunt, si oxytonis clauderentur, ratione ulla accentus habita, totus rhythmus inverteretur. Aliter res re habet in iambis et pentametris. Nam in iis ictu et accentu in ultima syllaba positis nimia gravitas efficeretur et aliquid molesti exsisteret, quod sentitur in versibus germanicis, qui continuo rimis masculinis clauduntur. Sed utut haec proprietas explicatur, vis accentus haudquaquam negari poterit. At omnia quae protulimus ad ea tantum carmina pertinent, quae vetere quantitate formata paullulum accentus ratione in fine habita si accentus plane neglectus esset auribus hominum illius aetatis vix ut versus sonabant.

Quodsi quis in summam huius dissertationis inquirat, haec fere effecisse nobis videmur: Rhythmica carmina et politica et hymnica eodem modo ex imitatione veterum Graecorum nata sunt. Primo quidem accentus in fine versus tantum, mox compluribus in locis posterioris partis observatus est. Nam in multis versibus velut in pentametris altera pars accuratius formatur, cum in illa pedes solvi non possint. Itaque vel in poesi rhythmica priori parti nonnullae licentiae erant concessae. Tota ars, quae in accentu solo observato constat, immutata pronuntiatione ex sermone plebeio nata, a viris doctis more modoque veterum poetarum exculta est. Nonnullis exemplis probasse mihi videor Byzantinos strophis artificiose componendis lyricos veteres velut Alcaeum Pindarum alios esse imitatos. Magni momenti est tripartitio stropharum, quae in plerisque carminibus manifesto apparet.

1) Göthes Worte 12. Teil. Faust v. H. Düntzer, p. 84:
„Folg' nur dem alten Spruch und meiner Muhme, der Schlange,
Dir wird gewiss einmal bei deiner Gottähnlichkeit bange!“

TYPIS CAROLI GEORGII BONNENSIS.